



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis duobus monachis martyribus. Cap[itulum]. cxij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis quorum certa dies cele. igno. Fo. cccxi

nocte lectulo iacentis affluerent: subito celi-
tus lux emissa cellam impleuit: et splendor tante
claritatis emicuit: ut corda assistentium pa-
uore perstringeret: atque omne corpus illarum
obrigesceret. Leperunt namque quasi cuiusdam
magne multitudinis ingredientis sonus au-
diri: ostium cellule concutit: ac si intrantium
turba premeretur: et ingrediendum quidem mul-
titudine sentiebatur: sed nimietate timoris et
luminis videre nil poterant. Protinusque mi-
ri odoris, fragrantia subsequuta est: ita ut quas
lux terruerat: odoris refoveret suauitas. Le-
peritque romula magistrum consolari: et blanda vo-
ce predicere: quod tunc non esset mortura. Post
aliquod uero tempus spatium paulatim lux est sub-
tracta: sed is qui subsecutus est odor remansit
cum quo et dies secundus ac tertius transit. No-
cte uero quarta iterum magistrum uocauit: via-
ticum petiit: et accepit. Et ecce subito in pla-
tea ante ostium cellule duo chori psallentium
constiterunt: et sicut se dicebat serus ex uoci-
bus discreuissimae psalmodie cantus dicebatur vi-
ri: et femine respondebant: intra tales cele-
stes crequias sancta illa anima carne soluta
est. Quia ad celum ducta: quanto chori psallentium
altius ascendebant: tanto cepit psalmodia leni-
us audiri: quousque et psalmodie sonitus et odo-
ris suauitas elongata finiretur. Hec quarto
dialogorum capitulo. xvi.

De sancta Tharsilla amica sancti grego-
rii pape. Cap. cx.



Tharsilla

secunda beati grego-
rii pape magni
amica fuit: de qua
idem quo supra libro. c. xvij. tra-
dit quod alias duas sorores su-
as uirtute cotinua orationis:
grauitate uite: singularitate
abstinentie: ad culmen sancti
tatis exereunt. Quicquid pvisione felix secundus
atauius prefati doctoris romane ecclesie anti-
stes et sanctus apparuit: eaque ad mansionem pe-
petue claritatis ostendit: et ipsas ad illam inui-
tauit. Que subsequenti morbo febre correpta
ad diem peruenit extremum. Cum autem multi
ad eius obitum conuenientes ipsius lectulum cir-
cumsisterent: ecce ille subito sursum respiciens:
iesum ueniensem uidit: et circumstantibus accla-
mare cepit: ut recederent: et locum iesu ueni-
enti darent. Quibus in eum: que uidebat: intederet
sancta illa anima e corpore est egressa. Tanta au-
tem fragrantia miri odoris aspersa est: ut ip-
sa quoque suauitas ostenderet: illuc iuuctorem
suauitatis uenisse. Cum autem eius corpus
ad lauandum esset nudatum: longe orationis
usu in cubitis et genibus camelorum more in-
uenta est obdurata cutis excreuisse: et quod

uiues spiritus eius semper egerit: caro mor-
tua testabatur.

De sancta Musa uirgine. Cap. cxii.



Musa

uirgo
apud
urbem roma-
claruit. De qua
idem qui su-
pra libro. iij.
capitulo. xvij. scribit: quod qua-
dam nocte ei per uisionem sancta
dei genitrix apparuit: et cum
esset puella parua: cocuas ei in albis vestibus
puellas ostendit. Quibus cum illa admisceri
appeteret: sed se eis iungere non auderet:
beate uirginis est uoce requisita: an uellet cum
eis esse: atque in eius obsequio uiuere. Et cum
puella respondisset quod sic: mandatum proti-
nus accepit: ut nil ultra leue spuellare age-
ret: a risu et iocis abstinere: et quod inter eas:
quas uiderat die. xxx. veniret. Quibus uisus
in cunctis suis moribus: puella immutata est:
omneque a se leuitatem puellaris uite deter-
sit. Et dum parentes eam immutatam mira-
rentur: requisita omnia uisa narrauit. Sed post
xv. diem febre corripitur: die uero. xxx. ad cri-
tum eidem appropinquant: eadem dei geni-
trix cum puellis: quas uiderat: denuo reuela-
tur. Cui etiam eam uocanti: aperta uoce se ue-
nire respondit: atque in ipsa locutione. spiritu
reddidit: et ex uirgineo corpore cum sanctis
habitatura uirginibus exiit.

De sanctis duobus monachis
martyribus. Cap. cxiii.



Domonachus

et
cyres: quorum nomina non habentur
expressa: in provincia ualerie pas-
si sunt. De quibus narrat gregorius. iij. dia-
cap. xxi. quod dum essent monachi in quodam mo-
nasterio: quod per abbatem ualentionem regebatur
et in ipso cenobio longobardi seuietes ue-
nissent: duos prefatos monachos in ramis uni-
us arboris suspenderunt. Factoque uespere:
utroque spiritus claris illic apertisque uocibus
psallere ceperunt: ita ut ipsi quoque eos
occiderant: cum uoces psallentium audiret:
nimium mirati terrentur. Quas etiam uo-
ces captiui omnes: qui illic aderant: audie-
runt: et eorum psalmodie postmodum testes
extiterunt.

De sancto surano martyre. Cap. cxiiii.



Suranus abbas

et martyr in provincia surana
passus est. De quo eodem libro. ca-
p. xxiij. habetur: quod dum esset pa-
ter cuiusdam monasterii in eadem
provincia siti: captiuis aduenientibus atque a